



**De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

3 Vtrum si emeris rem furtiuam bona fide, tenearis eam domino reddere,  
an verò poñis dissoluere contractum, recepto pretio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

iam pepercit rebus suis, quas impehdisset: & sic censetur factus locupletior. Vnde tenetur, quatenus rebus suis, insimendo aliena, pepercit: ut si insumpit decem aureos ex re aliena, solumque pepercit quinque ex suis, eo quod non consumplisset nisi quinque, non tenetur nisi ad quinque; quia his tantummodo videtur locupletior.

6 Tertio, Si cam bona fide donavit, non donatus aliam similem vel dissimilem, si hanc non habuisset, non tenetur ad quidquam; quia non est factus ditor. Secus est, si aliam ex suis erat donatus: quia tunc pepercit rei sua, donando alienam, & ita compendium ex re aliena fecit.

7 Quarto, Si res perii durante bona fide, ad nihil tenetur, sive fortuita, sive culpa partia aut magna perierit: quamvis Naturus c.17. num.7. contrarium infinuit, dum ait: *Si ab sive ipsius culpa periret, cognovit fundum alienum esse, et feri adhuc bonam fidem habere, ut fructus suos efficiat, donec fundus emittit*: ergo etiam si extint, potest retinere.

Resp. Hanc legem non videri a quam seu veritate: certum enim est, simulatque quis nouit remesse alienam, non posse fructus eius suos facere, ut aperte colligitur L. Qui bona fide, 23. & L. Bona fidei, 48.  $\pi$ . de acquirendo rerum dominio; quia fructus cedunt solo, ut supra ostensum est. Neque mirum, interdum in Pandectis huiusmodi antonomias repertiri, quas frustra nituntur Interpretes conciliare: quia hoc Opus collectum est ex plurimorum Iurisconsultorum respondis, qui sepe contraria sentiebant; & Collectores non poterant in tanta voluminum & sententiarium multitudine semper meminisse quid alibi posuerint. vide Couarruam supra num.7.

DUBITATIO II.  
Vtrum possessor bona fidei teneatur etiam fructus perceptos restituere.

8 R Espondeo & Dico Primo, Teneretur restituere omnes fructus qui apud illum extant, modo non sint fructus meret industria. Ratio est, quia fructus hoc ipso quo proueniunt ex re tua, cedunt in tuum dominium, ut constat Institut. de rerum diuisione, §. Si Titius, & sequenti. Tales sunt qui sine vlo labore proferuntur, ut foenum, glandes, poma, nubes, &c. & etiam qui interueniente labore, ut leges, vna. In his tamen detrahenda sunt expensae. Fructus autem nudae industrie non sunt restituendi, ne quidem a male fidei possessore: ut si quis aliena pecunia negotiatus sit, ut supra dictum est.

9 Si Secundo, Si fructus quidem non extint, tamen illis factus si locupletior, tenetur quatenus locupletior: sive illi fructus fuerint meret naturales, sive mixti; id est, ex re medietate industria, prouenientes. Ita Gabriel d. 13. q. 3. art. 3. dubio 5. Iohannes Medina C. de restit. q. 10. Couarr. lib. 1. variar. cap. 3. num. 6. & alij pastrum. Ratio est, quia fructus debentur domino, detracitis expensis; in locum autem fructuum succedit coram premium, qua parte ex factus est ditor: idque seruandum esse in foro conscientia, docet Silvester v. Fruktus. quæst. 1.

10 Adiuste tamen, in quibusdam tribunalibus, fructus mixtos non extantes (etsi inde factus sis ditor) iudicari non esse restituendos, ut refert Couarruas lib. 1. variar. cap. 3. num. 6. quæ etiam est multorum Iurisperitorum sententia, ut ibidem docet. Nec videtur omnino improbabilis; nam quædam Iura huic videntur fauere. Institut. de rerum diuisione. §. Si quis à non domino. L. Quæstum, 40.  $\pi$ . de acquirendo rerum dominio.

Contraire tamen, quod diximus, puto verius;

quia est communis sententia, & firmiore nititur ratione, & facit apertus textus L. Si & me & Titium, 32.  $\pi$ . Si certum petatur. Ad Iura illa responderi potest, esse intelligenda eo casu, quo non sis factus locupletior.

Dices, L. Qui scit. 23. 9. vlt. 7. de vslris, dicitur, 11  
*Bona fidei empore, qui prius quam fructus perciperet, cognovit fundum alienum esse, et feri adhuc bonam fidem habere, ut fructus suos efficiat, donec fundus emittit*: ergo etiam si extint, potest retinere.

Resp. Hanc legem non videri a quam seu veritate: certum enim est, simulatque quis nouit remesse alienam, non posse fructus eius suos facere, ut aperte colligitur L. Qui bona fide, 23. & L. Bona fidei, 48.  $\pi$ . de acquirendo rerum dominio; quia fructus cedunt solo, ut supra ostensum est. Neque mirum, interdum in Pandectis huiusmodi antonomias repertiri, quas frustra nituntur Interpretes conciliare: quia hoc Opus collectum est ex plurimorum Iurisconsultorum respondis, qui sepe contraria sentiebant; & Collectores non poterant in tanta voluminum & sententiarium multitudine semper meminisse quid alibi posuerint. vide Couarruam supra num.7.

Dico Tertio, Possessor bona fide non tenetur ad restitutionem fructuum, quos ratione negligenter sit non percepit, sicut tenetur possessor male fidei. Probatur; quia cum non sit factus ditor, non tenetur ratione rei accepta; & cum non fuerit causa iniusta damni, domino obuenientis, (sicut possessor male fidei, iniusta detentio) non tenetur ratione iniusta acceptio.

## DUBITATIO III.

Vtrum si emeris rem furtiuam bona fide, tenearis eam domino reddere; an vero possis disoluere contraetum, recepto pretio.

R Espondeo & Dico Primo, Si gratis cam accepisti, teneris, vbi cognoveris alienam, domino restituere: nec potes reddere furi, nisi moraliiter sis certus, furem restituturum. Ratio est, quia teneris ratione rei accepta, quæ apud te est: non furi, cum non sit eius: ergo vero domino. Nam restitutio, quæ facienda est ratione rei accepta, debet fieri illi cuius res est.

Dico Secundo, Si bona fide eam emisti, vbi intellexeris esse alienam, poteris rescindere contractum, & reddere furi, a quo accepisti, ut premium recuperes: nec teneris tunc domino restituere. Ita docet Natur. c.17. n.9. Silvester v. Restit. 3. q.7. Angelus Restitutio 1. n.1. Gabriel in 4.d. 15. q.3. a.3. dub. 5. vbi citat Hostiensem; Alex. Halensis 4.p.q.86. membro 3. art. 5. Probatur Primo; Quia nullam iniuriam intulisti domino hanc rem emendo & apud te detinendo, cum bona fide egeris: ergo non potest dominus merito agere ferre, tamquam iniuria affectus; si eam, ne premium amittas, in eo fatur, in quo erat anteà constitutas.

Secundo, Quia hic contractus fuit omnino in voluntarius: error enim dedit causam contractum; nam si sciuebas esse alienam, noluisse eam emere: aut certe fuit non voluntarius, ita ut non voluntarie habeas rem alienam: ergo potes contractum rescindere, & rem acceptam restituere, ut premium recuperes. consequentia probatur,

quia

quia talis contractus vel natura sua est nullus, propter defectum voluntarij; vel certe in irritum reuocari potest, pro arbitrio eius qui deceptus est, ut infra cap. 17. dub. 5. dicetur. Tertio, Si quis inuentum rem alienam in platea sibi assumeret, & postea aduerteret eam sibi fore damnofam, posset reponere eodem loco: nec teneretur eam cum suo damno seruare, ut domino restitutar: ergo, &c.

<sup>15</sup> *Contrariū probabile.* Aduerte tamen, contrariam sententiam esse probabilem, quam tenet Caietus 2.2.q.62.a.6. Sotus l.4.q.7.a.2. & Couarr. ad reg. Peccatum, 3.p. in initio, & lib. 1. variar. cap. 3. nu. 6. quorum haec sunt pricipua argumenta.

<sup>16</sup> *Argumen- ta contraria senten- tie.* Primo, Si talis emptor rei alienae potest eam fu-

ri reddere, ut pretium recuperet: ergo, si fur non inueniretur, vel si obliisset, posset eam alteri vendere, ne damnum patiatur.

Resp. Negando consequentiam; quia si non inueniatur a quo illum emit, iam non potest contractum rescindere, nec rem in eodem statu constitueret, unde teneret eam domino reddere: quia neque potest eam retinere, cum sit aliena; neque potest eam vendere, cum eius dominium transference non queat, neque etiam potest a domino pretium exigere; quia nullum ius habet in dominum, cum sine domini culpa ad ipsum perueniret; sed tantum ius habet in venditorem: ac proinde ab hoc solo potest damnum suum sarcire, & non ab alio.

<sup>17</sup> Secundo, Qui rem furtiuam reddit furi, cooperatur ipsius iniqua detentio: ergo, &c.

Resp. Negando antecedens, utitur enim iure suo, ut se indemnum praeter, relinquens furem sua conscientiae, non enim suaderet ut non restituat, quin potius illi praebet restituendi exemplum: neque etiam dat occasionem noui peccati, quia furi tam ante non constituerat restituere.

<sup>18</sup> Tertio, Si dominus rei posset conuenire talem emptorem coram Iudice, Iudex cum condemnaret ad restitucionem: ergo etiam ante tenebatur restituere.

Resp. Negando consequentiam, id est enim condemnabitur emptor ad restitucionem, quia res aliena apud ipsum reperitur. Iudex enim statim inquirit a quo eam emerit: qui si potest inueniri, iubet, non vtrili restituat; (quia non vult dominum rei per istas ambages ducere) sed ut restituat domino, cuius est, & ipse si velit pretium ab illo recuperet. Iudices enim, id quod est expeditissimum sequi solent. si ille inueniri nequit, iam aquae tenebatur domino. quod si furem sciens, nolit ipsum detegere, merito a Iudice in pœna condannatur, ut rem domino, non furi, restituta.

<sup>19</sup> *Si empia fide mala.* Dico Tertio, Si mala fide rem emisti, ut tibi retineres, sciens vel dubitans esse furtiuam, ieneris eam domino restituere. Ita docet Nauarrus, Cajet. Sotus & Couarr. suprà. Ratio est; quia iste teneret non solum ratione rei accepta, sed etiam ratione iniuste acceptio[n]is. accepit enim rem alienam in iusto domino, sciens vel dubitans esse alienam. ergo etiamsi periret, teneretur de damno: ac proinde tenebatur eam domino reddere, etiamsi oporteat pretium amittere. Confirmatur, quia cum scierit esse alienam, & nihilominus voluerit emere; censetur damnum in se voluisse suscipere, & iure suo cedere, quod habuisset ad contractum dissoluendum, si alienam esse ignorasset. Itaque

sibi imputet, quod premium dederit pro ea re, quam sciebat restitutiō obnoxiam.

Peces, Vtrum saltem possis repete[r] premium, <sup>An pretium à domino possis exi-</sup>

gere. Resp. Si eam sciens esse alienam paruo pretio emisti, ut domino inuento restituueres; premium repete[r] potes, & dominus in conscientia tenebitur reddere, & in foro externo etiam cogetur, ut colligitur Institut. de obligationibus, quæ quasi ex contractu. §. 1. & L. 2. Si quis absens, <sup>20</sup> de negotiis gestis. Ratio est; quia utiliter gestisti negotium domini: non enim dedisti premium, ut rem tibi retineres, sed ut eam periculo, in quo erat emeres, ne domino periret. Vide Couarruiam ad regul. Peccatum, 3. p. in initio num. 5. Si magno vel paenae æquali in eundem finem comparaſti, non tenetur dominus totum refundere; (nisi forte prudenter putaueris eam longe pluris valere) quia nihil utilitatis tali emptione domino attulisti, nec utiliter eius negotium egisti. tenebitur tamen ad aliquid arbitrio prudentum, nimurum quantum prudenter, gerendo negotium ipsius; impendere potuisti. colligitur d. L. Si quis absens, <sup>21</sup> de negotiis gestis. Si vero eam tibi emisti, non potes premium repete[r]: quia neque nomine venditionis (non enim domino rem suam vendere potes) neque nomine gestioni negotij, quia non eius causa emisti. colligitur ex L. Si pupilli. 6. §. Sed & si quis negotia. <sup>22</sup> suprà. vide Gabrielem & Silueft. suprà.

Circa hanc Tertiā propositionem Notandum Primo, Contrariam sententiam, Nempe etiam eum, qui mala fide emit, posse contractum cum fure inutum rescindere, ut premium redipiscatur, non videri improbatum, eam enim tenerit Alexander Halensis, Gabriel, Angelus & Silu. suprà. Ratio illorum est, quia sibi quisque consulere potest præ altero: præsertim cum rescindendo contractum non constituit rem peiori loco, quam erat ante. Hæc sententia videtur valde ratione consentanea, quando rescinditur ex continentali, vel non ita diu postquam est initus: quia non censetur notabilem iniuriam domino fecisse, rem ipsius tantisper contrectando.

Notandum Secundum, Ea, quæ hisce tribus <sup>22</sup> *Res alijs permixta.* *Contraria non improbabilitate.* *Ea, quæ mixta sunt, potissimum esse intelligenda de rebus alienis, quæ propriis non sunt ita permixta ut discerni nequeant. quæ enim ita permiscuntur ut non possint discerni, transeunt in dominium eius, cuius rebus permixta sunt, & perit obligatio realis, solumque manet personalis, iuxta Siluestrum Vlura 6. q. 1. Ioan. Medianum q. 10. de restitutione, & Angelum v. Vlura 2. n. 18. quorum sententia est probabilis, & consentanea Legi. Si alieni numimi. <sup>23</sup> *Si res alieni non possent, eius fieri qui accepit, in libris Cay na propriis scriptum est: ita ut actio domino cum eo, qui dedisset, sint per-* furti competere. Ratio est; quia in talibus non est causa, cur potius hæc pars quam illa censetur aliena. Itaque si emeris frumentum, oleum, & similia, quæ furo subtlate fuere, & rebus venditoris eiusdem generis permixta, non teneris ad restitucionem, etiam si id sciás, & res apud te adhuc extet, ut docet expressè Medina quæst. 10. Verum de hoc plura infra cap. 20. dubit. 18. num. 156. & sequentibus.*